



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

35 Non vinolentus præsul, sed sobrius esto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

C. XX. q. Qui cum alio velata, non tamen illi nuptiam, uxorem duxit fācēdē fieri non prohibetur.

Unde Pelagius Papa scribit.

Valentino & clericis, cui mulier cum alio ante velata non tamē ei impta, sed virgo permanens, post mortem ejus, cum quo velata erat sponsa, & compagi est copula sociata, quia iterum & velamen accepit, nullum in promovendo generetur obstaculum, quia nihil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obviat institutus.

DISTINCTIO XXXV.

Agabū ordinib; bigamī prohibentur, & utrum repudientur bigamī, qui ante baptismū habuerunt uxam, & post baptismū alteram. & an licet fortiori uxores in sacris ordinib; confiuntur, multorum auctoritatibus breviter monstratum est. & sequitur autem in descriptione illas Apostolica d, ut sit sobrius, qui ordinandus est, non violentus: quod ex auctoritate veteris Testamētū introduxitur est. Ministeri & opere templi prohibentur vīnam & fieri bībere, ne ebrietate graventur corda eorum, & ut sensus sōrum vegetat semper, & sensus sit, vel quia vēner mero aītūans facile deponant in Ebdidēm. Unde Nōs f. in ebrietate sudavīt sōmōrā, Lat, quē Sōdēm non vēstī, vīna vēcerunt.

¶ Quod tamen g. vīnolentēs ejē prohibetur, non semel, sed frequenter vīno repletos debet intelligi.

C. I. q. Diaconus, Presbyter, & Episcopus & clericis, & ales deferventes, nisi deservint, deponantur.

Hinc etiam in canonibus Apostolorum, Can. 43.

& 42. legit̄.

Eps̄copus, aut presbyter, aut diaconus, ales atque ebrietati deferventes, aut defusat, aut certe damnum h. Subdiaconis, aut lector, aut cantor similes faciens, aut defusat, aut communione privetur s. Similiter etiam lacus.

C. II. q. Efs̄ carniū, & vīni potus, post diluvium concessus legit̄: post Oriſtī adventum inhibuitur.

Item Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum.

A k exordio conditionis humana nec carnibus vesēbamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum. Hoc cursum ad diluvium uicē pervenimus. Post diluvium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingestas sunt ad vēscūlūm, & repudia concessa dūrit, & culteris circumcidionis appositus, quasi Dei manus plus in nobis creaverit, quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & se revolvit ad a, & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium l nobis dare permittit, nec circumcidimur m, nec comedimus carnes, dīcente Apostolo n, Bonum est vīnam non bībere, & carnes non comedere. Et vīnum enim cum carnis post diluvium dedicatum est.

C. III. q. Alienum est a fūsūte poterūbus & ebrietibus vacare.

Item lib. 2. contra Iovinianum.

L uxuriosa res vīnum, & tumultuosa ebrietas; omnis, qui cum his miserit, non erit sapiens.

a Simile 27. q. 2. c. quod autem q. item si sponsa. Fosp. 6. c. 113. b al. sponsa. c al. interim. d 1. Tim. 2. & 14. gl. ad cum locum habentus haec omnia ex Hier. ep. 3. e Lxii. 10. f. ea. c. venter. f Gen. 9. & 19. g al. autem gl. interlineari. 1. Tim. 3. h xad̄zegēdō; id est, deponatur, i coniunctione prævenitur. k Barcl. 14. c. 1. Polyc. 1. 6. it. 17. Isp. p. 13. c. 73. Pann. lib. 3. c. 730. Rab. ha. c. 28. l Matth. 19. m Alt. 15. Gal. 5. n Rom. 14. o Prov. 20.

C. IV. q. Ignominiosum est sacerdotis affinitate deliciis, epulis, atq; laſci- vi.

¶ Idem in Michaam ad c. 2.

E clesiæ principes, qui deliciis affluent, & inter epulas, atque laſciās pudicitiam servare se credunt, propheticus a sermo describit, quod ejocēdās sint de spatioſis domib; laetūq; convivis, & multo labore epulis conquisiſti, & ejocēdā proper malis cogitationes, & opera ſua. Et, si vis ſcire, quo ejocēdā fūnt, Evangelium b. lege: in tenebris ſedēs exteriores, ubi erit ſetus, & ſtridē dentium. An non confiſio, & ignominia; c; Iefūm crucifixum, magiſtrum pauperum atque eſtūrēntem, farts prædicare corporibus? jejuniorūmque doctrinam rubentes buccas, tumenāque ora proferre? Si in Apofolōrū loco ſumus, non ſolum ſermonē eorum imitemur, ſed conveſationē quoque, & abſtinentiam amplectemur.

C. V. De eodem. PALEA.

Item ad Oceanum, epib. 83.

V enter mero ſtūans citō despūnat in libidines. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

C. VI. Decadēm. PALEA.

¶ Idem ad Nepotianum, de vita clericorum.

V inolentū c facēdotē & Apofolū dāmāt, & vētūs d lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant e in templo Dei, prohibent vinum, & ſiceram bibere, ne in crupula, & ebrietate aggrāventur corda eorum. Sicera Hebreo lexomne omnis potio nuncupatur, qua inebriate potest. ¶ f. g Quidquid inebiat, & ſtūm mentis exvertit, fuge ſimiliter ut vīnum. [Nolite, iti Apofolus, g inebriari vīno, in quo eft luxuria] & ſiſp. h ¶ Qui altārio defervunt, vinum, & ſiceram non bibant. Sponsa Christi vīnum fugiat ut vīnēnum. Vinum, & ebrietas incendium eft.

¶ 1. q. Sponsa Christi] In epib; ad Eufobium ſit habetur. Hoc primum moneo, hoc obſtolor, ut ſponsa Christi vīnum fugiat pro vīnēnum. & paulo poſt vīnum & adoleſcentia duplex eft incendium voluptatis.

C. VII. q. De eodem.

Item Prosper de vita contemplativa, lib. 2.
cap. 22.

L uxuriam facit, & nutrit vīni perceptio nimia, non na- turā.

C. VIII. q. In Paradiſo abſtinentia, poſt
paradiſum edēns laſciā incepit.

Item Ambroſius in lib. de Elīs, & Jejunio,
cap. 4. & 5.

S exto die bestiæ ſunt cœtatae, & cum bestiis orta edēn- di potētas eft, & uīus eſcarum. Vbi cibū coepit, ibi finis factus eft mundi; ibi i. coepit ſua incrementa ne- feare, ubi k cooperunt divina opera cibos eum ferari. Quo indicio declaratum eft, quod per cibos mundus haberet immuniti, per quos defuit augere. ¶ j. ¶ Et ut ſciamus non eſſe novum jejunium, primam illuc legem, conſtituit de jejunio. ¶ j. ¶ Eouſque nemo prævari- cari noverat, ut adhuc orta non eſſet, quia prima eft prævaricatio. Indictum jejunium, abſtinentia lex a Domīno Deo: prævaricatio legis a diabolo; culpa per ci- bum, latēbra poſt cibū: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in jejunio. & infra. ¶ Serpens guia de paradiſo regnanteſ expulit; abſtinentia ad paradiſum

a Michael. 2. b Matth. 22. c ſigra initio dif. Hieron. in epib; ad Titum, ad cap. 1. in epib; ad Oceanum. d Le- viti. 10. Num. 5. e altārio defervunt,] orig. f Ad Nepotianum. g Ephes. 5. h Ad Eufobium, epib; 22. i ibi.] orig. k ibi.] orig.

revocavit errantem, & I. a ¶ In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantavit: dedit naturam, sed ignoravit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. & I. ¶ Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noe. Vbi enim malum inebrietatis agnoscit, jumentum & suum ad remedium temperavit: non effudit ad vitium. ¶ Manebat, antequam vinum inveniretur, omnibus inconsulta libertas: nemo sciebat a consorte natura sua obsequia servitutis exigere. Non eset hodie servitus, si ebrietas non fuisset. Obresperat quidem jam fraternali prælationis inuidia, manebat tamen adhuc paterna pietatis reverentia. Læsa pietas est, dum ridetur ebrietatis. Non illis itaque solis nocentina, quos tantum, sed & illis amplius, quorum oculi temulenta ebriorum membra nudantur. ¶ Legimus etiam, quod patrem Loth. inebriaverunt filii in inonte, ad quem timentes incendium Sodomitarum configuraverunt, & habitabant in spelunca, & I. d ¶ Fuit itaque ebrietas origo incesti, peccata regeneratio partus deterior. ¶ At non Abraham vina in suo convivio ministrabat: sed immolabat vitulum: butyrum, & lac, etiam Angelis hospitibus exhibebat. Cœli dominum, mundi agnoscet autem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed recte illuc debeat materia peccati, ubi erat reinissimo peccatorum. Denique annunciatum cum Ioanne, non manducare panem, neque bibens vimum. Qui enim Christum annuntiavit, ab omni vitiorum incentivo praeflare se debet alienum.

C. IX. ¶ Triginta dies à communione abstineat clericus, quem ebrium fuisse confiterit.

Item ex concilio Agathensi, cap. 41.

A Nte f omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Itaque eum, quem ebrium fuisse confiterit, (ut ordo patitur) aut triginta dies a communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum supplicio.

DISTINCTIO XXXVI.

Oportet etiam ordinandum esse prudentem. Quod ps contra eos notandum, qui sub nomine simplicitatis excusant studitiam sacerdotum. Prudentem g. autem Episcopum sportet intelligi non selen literarum peritia, verum etiam facultatum negotiorum dispensatio h.

C. I. ¶ Illiteratus, & corpore virilius non promovantur ad clerum.

Vnde in epistola Gelasii Papæ ad Episcopos per Lucianum, cap. 18. & 19.

Illiteratos i. aut aliqua parte corporis vitiosos, vel immunitos nullus presumat ad clericatus ordinem promovere: quia literis carens sacræ non potest esse apostoli officium: & vitiosum nihil Deo profus offerri legalia & præcepta sanxerunt. ¶ Similiter i. qui scipios abscondunt.

i. ¶ Vitiosos, vel.] Ista die voces absunt a plerisque veteris exemplaribus Gratiani, & originali, cuius expressissime potius sententia, quam verba velata.

C. II. ¶ Ad sacerdotium non sufficit, qui devinu spicundus, vel disciplinus non est eruditus.

Item Zozimus Papa epist. ad Iesuichum Episcopum Salvianum.

Qui m ecclesiastici disciplini per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione divinis

a Ibid. c. b Inventum.] vera leto. c Gen. 19.
d Gen. 18. e Matth. 11. f Bucr. 1. 4. 6. 11. Ivo p. 13. cap. 79.
g Gloriamaria. i. Tim. 3. h ad dispensatione. i Bucr. 1. 2.
c. 8. Ivo p. 6. 37. & 75. Pann. 1. 3. c. 4. 6. k Levit. 22. l Ibid.
m l. diff. 9. 6. 8. Anfl. 6. Ivo p. 5. c. 10. 2.

stipendiis eruditus, nequaquam ad suum ecclesiæ sacerdotium aspirare presumat; & non solum in eo ambitu inefficax habeatur, verum etiam ordinatores ejus careant eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant presumendum.

Ecce quid faciarum literarum sportet Episcopum habere peritiam: unde in veteri Testamento a. in ea cetera ornamenta pectoralia serbant in pectori, in quo serbabant manifestatio, & veritas: qua in pectora pontificis manifesta debet esse cognitis veritatis. ¶ Hinc etiam vestes b, quibus arca portabatur, jugiter amuliciorum inservi, ut cum arca esset portanda, nulla fieri mora de intramitredie vellibus: quia prædicatores, per quos Ecclesia circumseruit, sacris literis semper debent inservire, ne tunc querant discessus, cur ex officio alios debent docere. ¶ Hinc etiam David c prius ex gratia Spiritus sancti donum scientiecepit, & postea administrationem regni assicurauit. ¶ Salomon d quoque non diversa, non longa tempora hujus vita, sed sapientiam a Deo peuit, & impetravit. ¶ Hinc etiam Dominus prius ponit verba sua in ore prophetarum, & postea constituit cum suis pro genere, & regno, dicem ad Hieremiam e. [Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitutis rebolis super genes, & super regna.] ¶ Hinc etiam Malachias f ait, [Latias sacerdotum confidient scientiam, & legem requirent de ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.] ¶ Hinc etiam salvator g mox prius in mediis dolorum fedit, audiens illos & interrogans, & postea predicat eis, quia prius quicquid diffringit, & postea predicavit officia & surparre debet. ¶ Hinc etiam Salomon prius h ait [tempus tacendi] & postea i [tempus loquendi], quia veritas prius tacenda difficit, & postea loquendo predicatur. ¶ Hinc idem Dominus ait k. [Qui audit, dicas, veni.] ¶ Hinc etiam prius Apostolus docuit, deinde eos ad predictandum misit, dicentes l. [Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbae.] Si etiam post resurrectam prius illi sensum aperuit, & scripturae explanavat, & postea dixit in eis, [Euntes in mundum universum, &c.] Unde c. n de quaque pambu quinque millia hominum veller reficeret, prius panes accipiens, fit, & postea discipulos dedit, & per eos demum turbis apposuit: quia sacramenta legis, & prophetarum prius diffundendo exposuit, & postea eorum scientiam discipulus dedit, & per eos tandem illam fidelibus diffundit. ¶ Hinc Petrus, ciam retrorsus ecclesia scriberet, ait o: [Parati esse debet reddere rationem omnium poscenti vos satisfactionem de ea fide & spe, quæ in vobis est.] ¶ Hinc etiam Paulus p scribens ad Timotheum [Attende lectioni, exhortationi, & doctrina.] ¶ Ex quibus omnibus liquido colligitur, quod non sufficit prælati bona conservatio, & morum honestas, nisi addatur scientia doctrina. ¶ Unde sacerdotes q ingressi sunt tabernaculum, prius lavabantur in latro anno, quod fecerat Moyses ex scedula mulierum. ¶ Hinc etiam in Cantico cantorum r. vident per quae predici ecclesia intelligentur, affirmantur columbas, quæ resident iuxta fluenta plenissima.

C. III. ¶ Sacerdotio est legi scientiam habere, non bellum, sed orationibus vacare.

Hinc etiam Hieronymus i in Levit.

Si quis vult pontifex non tam vocabulo esse quâmerito, imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur: de c. s. quod non diffundit de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indolenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus ejus erat? ut aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt

a Exod. 28. interpret. lxx. b Exod. 15. c 2. Regum 1.
d 3. Regum 3. 3. Paraphem. i. e Hierem. 1. f Malach. 2.
g Luca 2. h Eccl. 3. i. Ecclesiast. 3. k Apocal. 25.
l Matth. 10. m Marci 16. n Marth. 14. o 1. Petri 5.
p 1. Timoth. 10. 4. q Exod. 35. r Cant. 5.
s Levit. 8.

Bonit.